



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XIII. Modus duodecimus, quo nobis in stadio Deum è cœlis pugnæ nostræ
Agonothetam proponimus; & decimus tertius, quo diuino Numini omnia
opera nostra quasi iugi sacrificio consecramus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

CAP. XIII.

*Modus duodecimus, quo nobis in stadio
Deum è caelis pugnae nostra Agonothetam
proponimus: & decimus-tertius quo diuini
Numini omnia opera nostra quasi
iugi sacrificio consecra-
mus.*

Speciales quosdam modos huc vsque
considerauimus, qui ex Deo per ef-
fentiam omnibus in locis praesente collecti
sunt. Secundum caput generale erat, sic di-
uinum Numen vbique inueniri, vt non tan-
tum omni loco essentiam eius veneremur,
sed etiam eius oculo vel terremur irato, vel
beneuolo delectaremur: is enim praesens esse
censetur, cui omnia patent, cuius aspectum
nihil fugit. Sic Deus vbique esse dicitur per
praesentiam, auctore D. Thom. quia omnia vi-
det, nihil ipsum latet, ne intimae quidem homi-
num cogitationes, ex quo modum nouum
praesentis Numinis colligimus, diuinis litte-
ris conformem: si nimirum cogitemus nos in-
fidelios in vastissimo quodam campo degere, (ita
enim mundus patet diuinis oculis, ac si nulla
impedimenta forent, omnesque in aperto agro
degerent) Deum vero è loco superiori, tan-
quam Agonothetam, considerare attentissi-
me quid quisque agat, quos labores ac docto-
res

Par. 1. q.

s. art. 3.

Modus 12.

Deus spe-

ctator &

remunera-

tor labo-

rum, certa

minum, &

operum

nostrorum.

res patiat, quas pugnas ac certamina suffi-
neat, qui victores euadant, qui succumbant: &
id quidem vt bene meritis præmia restituant, de-
sides vero ac inertes, laborum certaminumque
ofiores, denique turpiter victos ac prostratos
pro meritis puniat. quem modum olim con-
pisse Theophrastum, testatur Cicero his verbis

*Lib. de sua
consolatio-
ne, qui ei-
dem tri-
buitur.*

Si verum est quod à Theophrasto alicubi proditum
moria mandauimus, Orbem terrarum theatrum
dam esse magnum, diuina mente repletum: & ca-
indicandæ sapientiæ gratia tam multis vndique
centibus ornamentis illustratum ac depictum: in
tem medio collocatos esse homines à Deo, vt cum
na, dolore, morbis, egestate, casibusque permul-
due lucentur: Deum vero ipsum quantum
pugnando valeat, quamque viriliter fortitudine
nicus accepta vtatur, de super aspectare. Quod
fit de nostra apprehensione, id reuera fit: & di-
uidentius cognoscemus, vbi ad metam per-
nerimus.

1. Cor. 9.

Ita esse testatur D. Paulus, cum vitam præ-
tem stadio comparat, in quo currimus, com-
dimus, pugnamus: ipse idem coronas promittit
victoribus. Prouidentiam vero diuinam

*De cælo
Deum in-
tueri om-
nia.*

Gen. 11.

Psal. 52.

intente prospice, e, testatur Moyles: & cum
turre Babel ædificatoribus loquitur, Descendit
ait, Dominus, vt videret ciuitatem & turrim que
adificabant filii Adam. & Regius P'altus: Dum
cælo prospexit super filios hominum, vt videat si
telligens, aut requirens Deum: omnes declinauerunt
simul inutiles facti sunt: non est qui sciret
bonum, non est vsque ad vnum. Item: De

Psal. 33.

gentibus

respexit Dominus, vidit omnes filios homi-

Magnæ ergo nobis consolationi esse de-
 laboribus, angustiis, doloribus, atque in-
 nos à Deo videri; à quo consolationem
 peccedemque simus accepturi laborum. Ita di-
 Propheta Regius: Quoniam (inquit) tu labo-
 & dolorem consideras: tibi derelictus est pauper,
 tu eris adiutor. Dominus in templo sancto
 Dominus in cælo sedes eius: oculi eius in pauperem
 & cæcæ, palpebra eius interrogant filios hominum.
 non frustra patimur, non in vanum curri-
 mus ac laboramus: vnusquisque enim propriam
 mercedem accipiet secundum suum laborem. Horta-
 quoque Corinthios sanctus Apostolus:
 atres dilecti: stabiles estote, & immobiles, abundantes
 opere Domini semper, scientes quod labor vester non
 inanis in Domino.

Magna so-
 latio nobis
 esse à Deo
 videri. la. bo
 res nostros.
 Psal. 9.
 Psal. 10.

1. Cor. 3.
 1. Cor. 15.

Spectantis
 Dei consi-
 deratio, pu-
 gnantium
 inflammat
 animos.
 2. Tim. 2.
 Simile.

Et quia certamen continuum est in hac
 terra, videt & pugnas animosque certantium. I-
 hoc hortatur diuinus Apostolus discipulum
 labora sicut bonus miles Christi I E S V: nam
 qui cerat in agone, non coronatur, nisi legitime cer-
 auerit. Si nobis oculi forent aperti, & Agono-
 betam nostrum presentem intueremur: nescio
 quid tam arduum esset, quod non liben-
 ter subiremus: quid enim non agunt milites, v-
 certo sciunt se à principe conspici? quæ peri-
 cula non adeunt? quæ vulnera recusant? irruunt
 in flammis medias, inter glandes igneas hoste
 quarant, muros conscendunt telis perfre-
 gentibus, acies armatas penetrant; san-
 guini

guini vitæque non magis parcunt, quam si ve
immortales forent, vel hocce confidit non
sanguinem vitamque acquirerent. Hæc in
dio spirituali Sancti præstiterunt, grauiora
sustinuerunt, quod à supremo Principe videtur
existimarent, cuius conspectus inuictos an
bat animos.

*Quin &
Deus vires
submini-
strat.*

Nec solum illa consideratio nos inflamat
sed & ille idem qui certamini præest, & vi
ad pugnam sufficit: vnde enim sancti Mart
adeo multa perperi potuissent? Ostentat
coronas, sicut Basilius scribit de quadrag
Martyribus, qui in stagnum gelidum com
glorioso triumpharunt. Magna certe con
tio erat, quæque animos augetet, expect
post medium diem laborum dolorumque
minum, & nobilissimæ trophæa ætern
ctoria.

75. Quod si subinde afflictiones dolor
paulo longiores videantur; illud quoque lo
erit, illos ab Agonotheta considerari, & p
culari forte providentiâ immiti; qui non p
interea nos tentari supra id quod possumus, sed
cum tentatione prouentum, ut possimus sustine
generose, si patienter, si constanter tolera
mus, finem fore gloriosum; tribulatio nam
patientiam operatur, patientia autem probatio
probatio vero spem, spes autem non confundit. H
D. Iacobus: Omne gaudium (ait) existimate, quod
tres mei, cum in tentationes varias incideritis, scitote
quod probatio fidei vestra patientiam operatur; tribulatio
patientia autem opus perfectum habet.

1. Cor. 10.

Rom. 5.

Iac. 1.

proponamus nobis exemplum D. Iob. A *Exemplum*
 quælo, illius manavit certamen? nonne ab *Iob.*
 nothera, qui & aduersario bellum ei indi- *Iob. 1. & 2.*
 cōcessit potestatem, quiq; præsens omnia
 cepit? sed qua patientis victorisque gloria?
 accedat Tobiaæ probatio, quæ & gloriam,
 mitias, & felicitatem, nomenq; immortale
 us familiam inuexit: in omnibus tamen
 se præsentem fuisse testatus est. *Quando*
 inquit Angelus Raphael, *cum lachrymis, Tob. 12.*
sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium
& mortuos abscondebas per diem in domo tua,
unde sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam
quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt ten-
probaret te: & nunc misit me Dominus vt cu-
te, & Saram vxorem filij tui à demonio libe-

Probauit etiam Dominus B. Antonium, *In eius vi-*
 D. Athanasio; & certamen forte dedit illi, vt *ta.*
 Aliquoties enim horrende acceptum *Sap. 10.*
 ones seminecem relinquebant. quot et- *D. Antonij*
 monstra portentosaq; species obiecerunt! *certamen.*
 dam vice, circa annum ætatis eius trigesi-
 quintum, cum pæne vulneribus, plagis,
 tutionibusque ei vitam ademissent, diuini
 nis radius quidam affulsit; quo cum se sani-
 illico restitutum esse, doloresq; fugatos sen-
 i, intellexit Dominum adesse, & in hæc ver-
 torumpens ita questus est: *Vbi eras, bone*
vbi eras? quare non à principio adfuissti, vt cu-
vulneramea? & vox ad eum facta est, dicens:
ni, hic eram, sed expectabam videre certamen
 Yy *trum,*

S. Catharina Senensis pugna & victoria. Raymundus in eius vita.

tuū: nunc aut̄ quia dimicando viriliter nō cessasti. *Idem fere contigit sanctissimæ virginis Catharinæ Senensi, quæ pugnam infamem de numero scēdissime apparentium ac cōcurrentium perpeffa, nullo loco, ne sacro quidem, com- re poterat, quin monstra illa fœda, obli-*

» operibus horrenda ac detestanda, videre
 » quentes audiret, sibi que nuptias ac detestanda
 » quæq; suadentes ferre cogeretur. Longe
 » pore molesta hæc probatio duravit, gra-
 » mis interea supplicis corpusculum affligi
 » cum autem nullus esset modus qui rebu-
 » Etis foret solatio, accessit dæmon quidam
 » cax, eique hæc improbe suggestit: Num
 » ab hac tui infestatione cessabimus, donec
 » sentias nobis. Illa vero radio quodam
 » illustrata interius, *Has, inquit, & longe pla-*
 » *lestias nomine Saluatores mei perpeti, non*
 » *molestum, sed & iucundum erit, & delectabile*
 » *diu ei visum fuerit. Placuit Saluatori resignat-*
 » *tientis Catharinæ, totusque ille dæmon*
 » *cœtus instar fumi pūdefactus euauit, in*
 » *que lux cœlitus illapsa cubiculo est, in*
 » *Christus crucifixi specie ei apparuit, dice-*
 » *lia mea Catharina, vides quæ ego tua causa*
 » *sum? non igitur dubites tu quoque propter me*
 » *perpeti, Christus deinde, specie illa deposito*
 » *miliarem assumpsit, & accedens gratulans*
 » *Catharinæ de triumpho contra hostes*
 » *to: at illa memor sordium quas cogitatione*
 » *uerat, timens ne forte animum vitio*

ECT.

examinasset, supplex Dominum, omnis pu-
 nis auctorem, sic alloquitur: *Vbi fuisti, vii Do-*
sum tot spurcitiis animus meus scateret? & ille:
de tuo, rursus virgo: Et qui fieri potuit, bone
s v, ut in corde meo esses, tot impuris cogitatio-
em, con-
a, obli-
videret
ac detra-
 Longe
 nit, gu-
 m afflig-
 ai rebu-
 quida-
 : Num-
 , domi-
 dam ca-
 unge pla-
 non ma-
 et abili-
 resigna-
 damo-
 quit, in-
 , in qua-
 it, dice-
 causa pe-
 ter me-
 deposti-
 ratulari-
 stes ob-
 ratione-
 ritio al-
 ca

auctorem, sic alloquitur: *Vbi fuisti, vii Do-*
sum tot spurcitiis animus meus scateret? & ille:
de tuo, rursus virgo: Et qui fieri potuit, bone
s v, ut in corde meo esses, tot impuris cogitatio-
em, con-
a, obli-
videret
ac detra-
 Longe
 nit, gu-
 m afflig-
 ai rebu-
 quida-
 : Num-
 , domi-
 dam ca-
 unge pla-
 non ma-
 et abili-
 resigna-
 damo-
 quit, in-
 , in qua-
 it, dice-
 causa pe-
 ter me-
 deposti-
 ratulari-
 stes ob-
 ratione-
 ritio al-
 ca

Attexam denique hisce duobus certamini- *s. Agatha*
 B Agathæ generosam victoriam, quæ sic o- *pugna.*
 de hoste triumphavit: *Vidisti, Domine, & spe-*
 agonem meum, quomodo pugnavi in stadio; sed *In Breuiario. Roma-*
 nolui obedire mandatis principum iussa sum in *no.*
 Yy 2 *mamil-*

mamilla torqueri. Domine, qui me custodisti ab infirmitate omnia, qui abstulisti à me amorem saeculi, qui me carere cum tormentis superiorem praestitisti, accipe animam meam. Hic agonis exitus fuit, & à Christo Domino certaminis praefide, in caelum deus est.

Laborum nostrorum mercedem reddi etiam in hoc saeculo.

Psal 93.

2. Tim. 2.

Sap. 3.

Apoc. 2.

77. Vult fane Dominus laboribus nostris mercedem esse repositam, ac restitui, non solum in futuro, sed etiam hoc praesenti saeculo. Hic fane primus laborum fructus est patientia ac reberia, ac de hostibus parta victoria; quae consolatione non caret: secundum enim multitudine dolorum meorum in corde meo consolationes tuas percipuerunt animam meam, ait Psalmista. & Laborantem agricolam oportet primum de fructu percipere. Sapiens quoque, Bonorum, inquit, fructus gloriosus est fructus. & Christus: Qui victoriam custodierit usque in finem opera mea, dabo illi coronam. & reget eas in virga ferrea, & leporem quam vas figuli confringentur; sicut & ego & dabo illi stellam matutinam. Haec sunt merces victorum. Imperant enim daemones & qui mundum cum omnibus suis pompis ac superbis, absumpta proculcant, eius vires ac impetus frangunt in vinctu; gratia illustres, velut stella in Ecclesiis, erucæ & omnibus praesulent verbo, exemplo, mortis minatur vita & morte.

Ignari in certamine spectantur à Deo.

78. Videt interea non minus noster Agoniae immittit. Hic socordiam ac desidiam inertium ac vinctuorum hominum; qui non modo non agunt, sed ne laudabiliter, sed ne agunt quidem ea quae honorem non deceant; qui foede, qui libidinosè, qui in certamine l

CT. *iracunde operantur, & ab humani gene-*
nte omni pæne hora ac momento proster-
ur. Et hæc ab oculo, quem fallere nemo
est, videri, quam horrendum ac formidan-
um deditur, cum præsertim in eius manu sint omnes
curæ, quas armat, quando vult, in ultionem
micorum suorum. En quatuor elementa vl-
ta prodeunt. Terra in primis non tulit So-
ram & Gomorrhæ; non tulit inobedien-
tiæ rebellionem filiorum Core, Dathan &
on: horruit, cum sanguinem Filij Dei fu-
per se suscepit, & tremuit; illeque de terra
amant, sicut sanguis Abel, alta voce, quæ è
audiri posset: petra indignata, scissæ sunt.
etiam paruerunt diuinæ indignationi,
ous mergeretur vniuersus orbis; quod spi-
us hominum in carnem degenerasset. Aer
orem peccati Davidis non ferens corruptus
septuaginta hominum millia infecit con-
trium dierum spatio. Ignis, idololatriam
thatus Ochoziæ, secundo quinquagena-
 & quinquaginta viros, vindex è cælo col-
us, absumpsit. Sed & bestia omnes dentes
frangunt in ultionem impiorum, leones, serpen-
Ecclésiæ, enuæ & bruchus, cyniphe & culices; ita e-
*ominatur Dominus: *Consumentur fame, &**
abunt eos aues morfu amarissimo; dentes bestia-
mittam in eos, cum furore trahentiū super ter-
atq; serpentium; foris vastabit eos gladius, & in-
mor. Prophetæ cuiusdā, cui Dominus man-
at ne comederet aut biberet in via, inobe-
ntiam leo obulus vltus est, eumq; interfecit.

Sap. 5.
Elemento-
rum vin-
dicta con-
tra pecca-
tores.

1. Terra.
Genes. 19.
Num. 16.
Deut. 11.
Psal. 105.
Matth. 27.

Gen. 4.
2. Aqua.
Gen. 7.

3. Aer.
2. Reg. 14.
Ignis.
4. Reg. 1.

Bestia.

Deut. 32.

3. Reg. 13.

Idem vero Dominus est qui olim fuit: æque bonus quidem, æque potens, & misericors: sed iustus: & cuius viæ misericordia & veritas, beneque operantibus supra merita retribuente.

*In narra-
tione in Ps.
134. in fine*

quus tamen iudex est, & recta iudicia iudicantis. hinc D. Augustinus: *Ne putes te non videri quia peccas, ne putes te contemni, ne putes Dominum de te re. Quando tu vides quæ facta sunt in impiis, ne fiant in te: ad hoc enim & in illos facta sunt, ut transires, & eos non imitareris, & talia non patereris. Tu enim vide, quia flagellum Domini est super omnem iniquitatem. & rursus: Attende exempla beneficiorum Dei, ea recolis: & cum vindictam Dei recolis, timere. Dominus enim est & ad consolandum, & ad castigandum deo sunt ista utilia cum leguntur. Quando impius videt quod passus est impius, purgat se ab omni impietate, ne veniat & ipse in talem penam, talisque vindictam. Hæc Augustinus.*

Matth. 25.

Hunc Agonothetam operum nostrorum debimus in die iudicij extremi unicuique reddentem secundum opera sua: & illi qui strenue egerunt, dicit, *Venite benedicere Patri mei, possidete paratum vobis regnum à consuetudine mundi: reprobis vero, Discedite à me, qui dicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.*

*Modus 13.
opera omnia in Deum referre.*

79. Ex hoc alius modus eruitur: cum enim Deo videantur omnia nostra, & animi nostri recessus; quam gratum illi fore putas, in omnibus placere nitamur, & omnia operamur, actiones externas & internas ad eius honorem referamus? Consilium hoc est magis

dicentis: Siue manducatis, siue bibitis, siue a
quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Hæc ra-
tione facilius est, modo memoria vigi-

Praxi.

Facile enim est, initio cuiusque operis, breui
ratione mentis opus ipsum Deo offerre: vel
placeas: vel vt gratias agas de accepto ali-
quo beneficio; vel ad destructionem prauis ali-
quibus habitus, aut alicuius virtutis adeptionem
ad aliquid impetrandum à diuina Male-

*Utilitates
bonæ inten-
tionis in o-
peribus no-
stris.*

Hæc vero relatio magni admodum momen-
tationis in primis omnis mala intentio excludi-
tur mens ad se redit, & toties Deum in memo-
riam reuocat: quo fit, vt collectior sit animus,
in opere illo peragendo, tum in vitæ totius
tempore: inanis quoque gloriæ ac vanitatis spiri-
tus, qui vagum animum fere semper occupat,
interminatur: opus etiam nostrum fit meri-
tum, quod alioquin vel naturale tantum fo-
ret, vel etiam forte vitiosum; vbi enim virtutis
nihil abest, eo statim sese ingerit ac miscet natu-
rali, aut etiam vanus: incredibiliter deinde a-
nimus purgatur à conuetis defectibus cres-
cant virtutes, quarum honestatem appetimus,
PERFECTIONE, caritas, gratia, meri-
tatione, diuinaque protectio; de quibus inferius pro-
bitur, quod qui fecerit, contemetur semper
Deum præsentem habere, quia ex vi præsentis
Dei quem in omnibus operibus inuocat, sua
omnino proficit. Sicut enim monemur. *sepe orare*

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.
- 5.
- 6.



Luc. 18.

& non deficere; tamen qui dormit, etiam si orare non videatur, si tamen orationem praeferat, qua quietem suam in obsequium Dei offert, et sebitur dormiens orare, ac non deficere ab oratione: ita quoque alij in rebus, etiam naturalibus, ac necessarijs ad vitam humanam conformationem. Quanta vero consolatio sit vespertinus actus in Dei honorem fecisse, qui sine mercede ac in donatum noua gratia nihil abire permittit, quem denique aceruum congeret, qui diligentius hoc exercitio usus fuerit; colligat, et ex his quae superiori libro hac de re tractamus.

3. Reg. 18.

Allegoria.

Elias, veri Dei seruus & Propheta, contendebat cum Prophetis Baal, vter verus Deus esset. Frustra iis Deum Baal inuocantibus, sacrificium igne caruit: ipse vero totum suum sacrificium aqua copiosa perfudit nempe bouis collum, corpus, pedes, & caudam, nullaque remansit intacta, quaeque aqua perflueret maderet, sic & singulae partes coelestis igne repta sunt, & accensa. Vita nostra perpetua iugeque sacrificium est, eorum maxime qui Deo deuouerunt; ita enim D. Augustinus

Lib. 10. ciuit. c. 6. 10. mo 5.

homo Dei nomini consecratus, & Deo deuotus, non tantum mundo moritur, vt Deo viuat, sacrificium quoque: Verum sacrificium est omne opus quod agitur, in qua sancta societate inhaeamus Deo, relatum scilicet illum finem boni, quo veraciter beati esse possunt. Clamant mundani, & exultant in dijs quos nimo sibi fabricant & effingunt; sed non audiuntur per ignem: at sacrificium nostrum

me nostra omnia aspergantur aqua gratiæ & gratiæ actualis, nec vnica pars hac adspersione crearet; & quo profusior erit, eo etiam copiosius ignis è cælo descendet, qui sacrificium nostrum absumet, Deoque gratissimum reddet in odorem suauitatis.

C A P. XIV.

ponitur modus decimus-quartus, quo Deus per potentiam præsens conspicitur, addita regula generali, quæ omnibus modis seruiat.

Superest vnicus modus, quo Deus præsens esse rebus dicitur per potentiam: ratione Rex dicitur esse in toto regno, etiam si in loco aliquo definito tantum inueniatur. Et hic etiam modus vsitatus & familiaris est sanctis Patribus, diuinoque testimonio confirmatur: vult enim Christus parentibus honorari, tamquam sibi, & Principibus, qui auctoritatem habent, deferamus: mandat Cæsari solui tributum, præstari Apostolis obedientiam. Qui audit, inquit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. eiusque Apostolus Paulus sic ait: Omnis auctoritas potestatis sublimioribus subdita sit: non est enim potestas, nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt: itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem accipiunt.

Modus 14.

Deum honorandum esse in Superioribus.
 Matth. 22.
 Luc. 10.
 Rom. 13.

Yy § ac qui-